











# Gospel for the Twelfth Sunday After Pentecost

Tonus antíquior

**D**  Ominus vobíscum. R̄. Et cum spí-ritu tu-o. V̄. Sequénti-a Sancti  
 Evangé-li-i secúndum Lucam. R̄. Glóri-a tibi Dómine.


**I**  -n illo témpore: Dixit Jesus discípu-lis su-is: Be-á-ti ócu-li, qui vident  
 quæ vos vidé-tis. Dico enim vobis, quod multi prophétæ et reges volu-é-  
 runt vidére quæ vos vidé-tis, et non vidérunt: et audíre quæ audí-tis, et  
 non audi-é-runt. Et ecce, quidam legispéritus surréxit, tentans illum, et di-  
 cens: Magíster, quid faci-éndo vi-tam ætérnam possidébo? At ille dixit ad  
 e-um: In lege quid scriptum est? quómo-do legis? Ille respóndens, dixit:  
 Dí-liges Dóminum De-um tu-um ex toto corde tu-o, et ex tota ánima




tu-a, et ex ómnibus ví-ribus tu-is, et ex omni mente tu-a: et próximum




tu-um sicut te-ípsum. Dixítque illi: Recte respondísti: hoc fac, et vi-ves.




Ille autem volens justi-ficáre se-ípsum, dixit ad Jesum: Et quis est me-us




próximus? Suscípi-ens autem Jesus, dixit: Homo quidam descendébat ab




Jerúsa-lem in Jéricho, et íncidit in latrónes, qui é-ti-am despo-li-avérunt




e-um: et plagis impósi-tis abi-érunt, semivívo re-lícto. Accidit autem ut



sacérdos quidam descénderet e-ádem vi-a: et viso illo præterí-vit. Si-




mí-li-ter et leví-ta, cum esset secus locum et vidéret e-um, pertránsi-it.




Samari-tánus autem quidam i-ter fáci-ens, venit secus e-um: et videns



e-um, misericórdi-a motus est. Et apprópi-ans alligávit vúlnera ejus,




infúndens óle-um et vinum: et impónens illum in juméntum su-um,




duxit in stábulum, et curam ejus e-git. Et áltera di-e prótu-lit du-os dená-




ri-os, et dedit stabulári-o, et a-it: Curam illí-us habe: et quodcúmque



supererogáveris, ego cum redí-ero, reddam ti-bi. Quis horum tri-um vidé-



tur tibi próximus fu-ísse illi, qui íncidit in latrónes? At ille dixit: Qui fe-



cit misericórdi-am in il-lum. Et a-it illi Jesus: Vade, et tu fac simí-li-ter.